



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ**

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

**Genet, François**

**Parisiis, 1703**

Q. 6. Quotuplex est intentio?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40834**



cum dicitur : Ego te baptizo, manifestatur quod aqua utimur in Baptismo, ad significandum emundationem spiritualem.

Quest. 3. Materia & forma sunt-ne partes essentielles Sacramentorum ?

D. Tho. in  
4. sent. dist.  
1. q. 1. art.  
3. ad 2.

D. Th. 3. p.  
q. 60. art. 7.  
in corp.

Resp. Ita planè. Verba & res, hoc est materia & forma, ait Divus Thomas, sunt de essentia Sacramenti. Et alibi, ait: In Sacramenti verba se habent per modum forma, res autem sensibiles per modum materia.

Quest. 4. Quisnam instituit materiam & formam Sacramentorum ?

D. Th. 3. p.  
q. 64. art. 2.  
ad 1.

Resp. Christus Dominus: Illa quae aguntur in Sacramentis, ait Divus Thomas, per homines instituta, non sunt de necessitate Sacramenti; sed pertinent ad quamdam solemnitatem, quae adhibetur Sacramentis ad excitandam devotionem & reverentiam in his qui Sacramenta suscipiunt. Ea verò quae sunt de necessitate Sacramenti, ab ipso Christo instituta sunt qui est Deus & homo. Et licet non sint omnia tradita in Scripturis, habet tamen ea Ecclesia ex familiari Apostolorum traditione, sicut Apostolus dicit, I ad Corinth. II. CÆTERA, CUM VENERO DISPONAM.

Quest. 5. Quid intelligis per intentionem quae requiritur ad validitatem Sacramentorum ?

Conc. Trid.  
sess. 7. Can.  
11.

Resp. Intentio est actus voluntatis in aliquem finem se moventis. Definitum est autem in Concilio Tridentino, intentionem esse necessariam ad confectionem Sacramentorum: Si quis dixerit, inquit, in Ministris dum Sacramenta conficiunt & conferunt, non requiri intentionem saltem faciendi quod facit Ecclesia, anathema sit.

Quest. 6. Quoruplex est intentio ?



De Sacramentis. Cap. I V. 17

Resp. Triplex. Actualis, virtualis, & habitualis.

Quæst. 7. Quænam est intentio actualis?

Resp. Actualis intentio est ea, quâ quis cogitat de eo conferendo, & habet actu intentionem faciendi quod facit Ecclesia: non est autem necessarium, ut dicat, Ego intendo, aut volo facere quod facit Ecclesia, sed sufficit, ut id faciat cum attentione conjuncta cum intentione administrandi Sacramentum. Unde

sanctus Carolus: *Sacerdos, inquit, Sacramenti administrationem cum aggreditur id intendat, idque sibi agere proponat quod Christus Dominus instituit, & sancta Mater Ecclesia intendit atque agit.*

Sanctus Carolus Act pe  
4. De Sacrament. admi-  
nistr.

Quæst. 8. Quænam est intentio virtualis?

Resp. Virtualis intentio nuncupatur, quæ ex actuali oritur, & ex illius virtute operatur: vel intentio virtualis ea est, quæ actu desit, & manet virtute; quia quamvis ille qui Sacramentum administrat non habeat tunc intentionem quia non cogitat actu de Sacramenti administratione cum sit distractus, eam tamen priùs tempore habuit, ejusque virtute agit; v. g. ut ait sanctus Thomas: *Cum Sacerdos accedens ad baptisandum, intendit facere circa baptisandum quod facit Ecclesia. Vnde si postea in ipso exercitio actus, cogitatio ejus ad alia rapiatur, ex virtute primæ intentionis perficitur Sacramentum.*

D. Th. 3. p.  
q. 64. art. 8.  
ad 3.

Quæst. 9. Quænam est intentio habitualis?

Resp. Habitualis intentio vocatur inclinatio seu promptitudo quædam ex habitu acquisito aut infuso proveniens, quàm nulla præcessit intentio, vel si præcessit, jam est moraliter interrupta, atque adeo nec per se nec per vir-